

tam ex contractu quam ex delicto in proprium ipsius commodum proponitur. Vocaturque etiam libellus conventionis seu conventionalis.

Wesemb. d. l. §. 24. *Instit. de Action.*

Criminalis vocatur quo quis alterum delicti alicujus vel publici vel privati arguit, eique ad vindictam publicam vel corporis poenam, vel pecuniariam fisco applicandam irrogari contendit. Qui & libellus inscriptionis item accusatorius vel querimonialis dicitur.

Schneidevv. ad §. 1. *Instit. de Act. n.º 105. vid. Mollenb. Divis. Jurid. Cent. 1. Div. 47. l. 3. pr. de Accusat.*

Cæterum de differentia inter libellum Civilem & Criminalem.

vid. omnino Rosbach. d. l. n.º 6. 7. 8. add. Carpz. Pract. Crim. p. 3. q. 100.

N. II.

Dispescitur (2) *A forma accidentalium in simplicem & articulatum.*

Vultej. ad pr. *Instit. de act. n.º 46. & seq.*

Ille quo factum in iudicium deductum serie continua & uno orationis contextu, sine ulla articulorum designatione narratur & proponitur.

Mollenb. d. l. div. 48. (a) Vultej. d. c. 29. n.º 3. Rosbach. d. l. n.º 2.

Hic libellandi modus probatur in terris Saxoniae, nec alius admittitur, in tantum ut licet pars rea nihil opposuerit debeat tamen officio iudicis rejici articulatus libellus.

vid. Berlich. p. 1. C. 12. n.º 3. Carpz. I. P. F. p. 1. C. 2. def. 1. n.º 1. & def. 2. Treutl. 1. 4. 10. B. in exeg.

Hic quo merita causæ per certos articulos seu positiones (a) proponitur, sive qui articulis distinctis conceptus & formatus est.

B

Rosbach.